



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Victoria navalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A cum corona irradiata, inscriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΣΤΑΘΝΙΩΝ. Ita demum Phoenices inventæ navigationis laudem ascribunt sibi.

VICTORIA NAVALIS. CAP. XI.

In Agrippæ numis navis illa tridentali rostro insignis, qualem scilicet Maro sæpe describit, dum non uno loco ait, *rostrisq; tridentibus*, partam ab eo victoriam indicat maritimo prælio, quod adversus Sex. Pompejum commisit, id quod Maro in Augusti gratiam ita immortalitati commenda-

Agrippæ numis.
Ep. l. 6.

Parte alia ventis, & Diis Agrippa secundis
Ardus agmen agens, cui belli insigne superbum
Tempora navali fulgent rostrata corona.

Aliquot in monumentis videas & Varronis insignia navalia, qui Propratore sub Pompejo Piratico bello militavit, à quo, ob res bene gestas navali corona donatus est.

DE ANCHORA. CAP. XII.

Hieroglyphicum anchoræ non Aegyptiorum tantum est, sed à Græcis & Romanis Principibus usurpatum, ut minime importunum sit rem à plerisque tractatam repetere: ut quæ sciamur significata, loco suo manifestentur.

MATURANDUM. CAP. XIII.

Circumvolutus anchora Delphinus, quod signum in aliquot Titi Vespasiani numis observavimus, maturandum, ut Latini una locutione dixerunt, omnino significat. Sed quoniam rei causam in Delphino fati explicuimus, & res jam ævo nostro lippis & tonforibus innotuit, plura super eo dicere supersedebimus. Id pro pictura animadvertendum est, anchoram, quæ in numo Titi habetur extrema dentium in vomeris speciem dilatate, cujusmodi figuram Aldus noster imitatus est in omnibus, quos impresit libris. Alia vero forma esse, dentibus quippe in actum recto ductu mucronatis, quam in numo veteri apud eruditissimum virum Romulum Amasæum vidimus.



Ut & Os.
Augusti ex
A. Gellio li-
bro 10. c. 11.
Noc. Att.

TUTEA, REFUGIUMQUE. CAP. XIV.

Hominem, qui rebus suis tutelam præsidiumve paraverit opportunum, per navem & anchoram significabant. Quod si sola anchora manu prætenta figuraretur, refugium indicabat, quasi vellet innuere pictura hæc si adversa ingruerit tempestas, resque nostræ fluctuare cœperint, paratum esse profugium, ut possimus ita servari. Estque dicitur apud Græcos in hanc sententiam celebre, quo Demosthenes utitur oratione pro Ctesiphonte. Et Propertius eruditionis elegiacæ columen ad hoc innuens ait: *Anchora jacta mihi*. Idem sermo apud Paulum rei nullius ignarum, epistola ad Hebræos, capit.



Nimirum
Οὐδ' ἀντί
ὀφθαλμοῖς
πρόδ' αἰεὶ
αὐτὸν εἶδεν
subaudit
anchoram,
ut sitensus.
Non eadem
anchoram u-
situr, quæ
Gulgas.

6. *Qui confugimus, ut spem propositam teneremus, quam veluti anchoram habemus anima cum tutam, tum firmam.* Et Chrysostomus, de supremo firmoque profugio, concione in Lazarum IIII. hæc ait: *Sunt divina sapientia opera, hæc maxima illius prudentia sunt argumenta. Conscientia increpatio sacra est anchora, quæ nos nequaquam sinit in peccatorum profundum absorberi.*

STABILIMENTUM. CAP. XV.

Quod si firmitatem, ac immobile stabilimentum rei cujuspiam significare vellent, anchoras duas appingebant: similitudine sumpta à navibus, quæ tunc *Ventorum temunt rabiem fluctusque sonantes,* cum duabus anchoris innituntur. Qua similitudine utitur Aristides Panathenæicis. Sedenim Pinda-

Ἐπὶ δεῦν
ὀφθαλμοῖς,
subaudit an-
choris: